Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Mediolanum



Mediolanum Ciuitas potentissima apud insubres totius Cisalpine gallie metropolis et urbium ceterarum
Mater Originem habuit ut iustinus epithoma trogi pompeij narrat a Gallis qui duce breno in qua
Italiam ascenderat Populis loca incolentes in quibus est edificata Insubres appellabant Impe-
rante assuero persarum rege A gallis senonensibus non condita ut multi asseruere sed aucta et instaurata fuit
Eam tamen Josue hebreorum iudicis tempore aliqui primo condita fuisse dicunt Et temporibus troyanorum clarissima fuisse
Cum sicambri germanie populi a sicambria priami sorore dicti tempore sampsonis occupata germanie pro-
uincie mediolanum versus hostili animo aciem duxerunt Julium insubrum regem obuium habuerunt Cum
quo pace confecta federa percussere ut unus populus et unum efficeret regnum Fuit tamen usque ad brennum ducem
haud ciuitas magna Eius aduentu mirum in modum aucta et instaurata Cum antea subria et Mesopia di-
cta fuerit Mediolanum quasi medio laurorum circundata appellata est Scribit liuius exercitum romanum tunc
primum ultra padum fuisse ductum et gallos insubres aliquot preliis superatos in deditionem tunc primum venisse
quod quidem ad annos Rome urbis condite ccclx fuisse videtur Claudius marcellus deinde boios et insubres
gallos subegit et triumphauit Post quem triumphum urbs mediolanensis per annos ferme quingentos
Altera Roma cognominata Adeo florens fuit ut illam principes romani (quoad per occupationes licuit) inhabi-
tauerint Nerua Trayanus adrianus maximinus philippus etc Emporium certe totius longobardie fuit et agrum
undique in omni bonitate feracissimum habet Eam herculeus maximianus menibus ornauit muros
adiecit et urbem ampliauit Et ex suo nomine herculea appellauit In honore herculis phanum struxit quod
nunc diuo laurentio extat dedicatum Post tam diuturna felicitate primas habuit molestias beato ambrosio
adhuc superstite Arrianis infestantibus Paulo post Attila Italiam ingressus mediolanum diruit Instaura-
taque parum quieuit A longobardis ea urbs maximis molestiis agitata est Illis a carolo magno domitis stips
per annos sexaginta et trecentos floruit quousque fridericus barbarossa Imperator ea solo equauit Deinde me-
diolanenses a parmensibus et placentinis adiuti tanto patriam instaurauerunt amorum ardore ut intra tri- vec
ennium ditior potentior frequentiorque solito fieri videretur Unde mirabile habuit incrementum Mediolanum
enim prestito natali situ suo ab incendiis caumatum et frigorum rigoribus equaliter abesse Alexander quintus nomine summus
pontifex scribit Et propterea locorum totius orbis temperatissimum aeremque serenissimum Et aquam in puteis et
fontibus salubritate obtinere Quum tamen lacus pulcherrimos decem et septem et sexaginta quatuor flumina ter-
re superficiem irrigantia in illius agro recipiant Porro Ciuitas hec quantum templorum magnitudine rega-
lium domorum amplitudine clarissimorum ciuium nobilitate et virorum probitate nec non et omni artium bonitate
floruerit maxime etate floreat tum potentissimorum ducum ducali maiestati obsequium tum utriusque sexus con-
tubernium religiosorum inhabitantium Ac caterua huius urbis equestris ordinis virorum ac doctorum nec non et
armorum et pannorum et omnifaria vestimentorum fabrica et mercaturas declarant Dicit prescriptus pontifex
Barnabam pauli condiscipulum primum fuisse mediolanensis ecclesie episcopum Cui paulo post successit beatus
ambrosius doctor ecclesie celeberrimus A quo et Aurelius Augustinus doctor et ipse excellentissimus in ipso me-
diolano ad fidem christi conuersus est Duces postremo Castrum superbissimum in ea et hospitale celeberrimum
cum templo beate marie virginis dicatum edificauerunt Ac aliis quamplurimis exornauerunt